



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt Ecclesia seculari potentia minimè peruadatur. cix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

sacramento accipitur , & patenam ad aliud officium habet quam altaris ministerium , deterrendus est exemplum Balthazar , qui dum vasa domini in usus communes sumpsit , vitam pariter cuin regno amisit.

Quod licitum sit episcopis cum consilio cleri de thesauro Ecclesie suae familie in necessitate succurrere. Cap. CVI.

Ex cōcil. Auernē. cap. 5. **L**icitum sit episcopis presentibus presbyteris & diaconibus de thesauro Ecclesiae familie & pauperibus eiusdem Ecclesiae , secundum canonicam institutionem iuxta quod indigerint erogare.

Ne cadauerā pallio altaris cooperiantur. Cap. CVII.

Ex eodē, cap. 30. **N**e opertorio dominici corporis , vel altaris non unquam corpus dum ad tumulū euehitur obtegatur , sacro velamine dū honorantur corpora , altaria polluāntur . *Ne ad nuptiarum ornatum diuina ministeria prestantur. Cap. CVIII.*

Ex eodē, cap. 8. **N**e ad nuptiarum ornatum ministeria diuina præstentur , & dū improborū tactu vel pompa secularis luxuriae polluantur , ad officia sacri mysterij videātur indignatio Ecclesia seculari potētia minime peruadatur. Cap. CIX.

Ex cōcil. apostolo. cap. 31. **S**i quis episcopus secularibus potestatibus usus , Ecclesie per ipsas obtineat , deponatur , & segregetur , omnes qui illi communicant .

De presbyteris qui Ecclesiā suas per premium acquisierint. Cap. CX.

Ex cōcil. Mogūti. cap. 5. **Q**vicunque presbyter per premium Ecclesiam fuerit deputus , quoniam contra Ecclesiastice regulē disciplinam agere dignoscitur , & qui alium presbyterum legitimā ad Ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit , eamque sibi taliter vendicauerit , omnino modis deponatur .

Vt nullus laicus ab Ecclesia sua presbyterum euicere presumat. Cap. CXI.

Ex eodē, cap. 29. **V**T laici presbyteros non eiificant de Ecclesiā , ne constituant sine consensu episcoporum suorum . *Item de illis qui presbyteris Ecclesiās auferunt. Caput CXII.*

Ex cōcil. Cabillon. cap. 42. **I**nuentum est quod multi arbitrij sui temeritate , & quo est grauius , ducti cupiditate , presbyteris quibuslibet absque consensu episcoporum Ecclesiās dant vel auferunt